



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

14. De dolo & contumacia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

eam præstitit, cautio defecerit per decoctionem aut per aliam calamitatem, teneri iterum cauere, ex sequentibus.

8 Primò, quia verba illa, *ad sexennium duraturam*, inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante, *l. cum in singulos, & l. cum in annos, ff. de annuis leg. l. nec semel, ff. quando dies legati cedat*, cum aliis infra allegandis.

9 Vbi autem versamur in obligatione annua, non sufficit semel canisse, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio, *d. l. nec semel, l. pater. Seuerinum, §. fin. ff. de cond. t. & de mon. tr. l. Seuerus, §. fin. ff. de donat. causa mortis*, Caltr. in *l. si Stichum, §. stipulatio, sub n. 1. vers. & sic de singulis ff. de verb. oblig. Soc. conf. 81. n. 5. lib. 3. Nat. conf. 543. n. 5. Parif. conf. 95. n. 44. lib. 2. Surd. conf. 223. n. 5. & in tract. de alimentis, tit. 9. q. 6. n. 3. & de off. 273. n. 10. Anton. Gom. var. tom. 2. c. 11. n. 44. Rot. in Ianuer. legati 20. Jun. 1622. coram R.P.D. Buratto.*

10 Secundo, quia quatenus non importaret obligationem annuam, sufficit quòd verba illa, *ad sexennium duraturam*, importent tractum successuum, ad hoc ne sufficiat fuisse semel præstitam, Cyn. in *l. si quis heredes, n. 1. C. de instit. & substit. & ibi Dec. n. 3. Angel. conf. 34. n. 9. Iason. in l. si arbitrio, sub n. 13. vers. 2. & fortius, ff. qui sententia cog. Felin. in c. 2. sub n. 5. de treuga & pace, Rot. de off. 677. n. 2. p. 1. diuers.*

11 Quod autem verba, *duraturam ad sexennium*, importent tractum successuum est indubitatum, tum quia, inducunt nonam obligationem quolibet anno, ex doctrinis allegatis, tum etiam, quia propria significatio huius verbi est, vt inducat perseverantiam actus, Castrem. in *l. fin. n. 3. C. de indicta viduit. tollenda*.

12 Non obstat quòd qui tenetur ex pacto dare fideiussorem, satisfaciit suæ obligationi semel fideiubendo, nec tenetur iterum fideiubere, si primus sit decoctus, vel factus non solvendo, Bart. in *pratoria la 2. ff. de prator. stipul. cum aliis per Surd. conf. 18. per totum*, quia hoc procedit in eo, qui promisit simpliciter fideiubere, vt in specie declarat Gratian. *discep. forens. tom. 3. c. 527. n. 16. & 17.* & sic non applicantur casui nostro, in quo cum verba promissionis importent tractum successuum, legem accipiunt ex conuentione partium, *l. 1. §. et si conueniat, ff. de positi, Nat. conf. 384. n. 11.*

13 Hinc licet is, qui dat in solutum nomen debitoris, sufficit si nomen sit exigibile de tempore cessionis, *l. si mandato meo, §. ult. ff. mandati*, Surd. de off. 326. n. 42. nihilominus quando ulterius processit, & promisit illud esse bonum, & exigibile, tenetur illud manutene- re exigibile etiam in futurum, *l. si venditor 29. in princ. ff. de action. empti*, Fulgos. in *l. si nomen, ff. de hered. vel ali. vend. Eugen. conf. 73. n. 1. & 2. Surd. conf. 441. n. 7. post med. & n. 15. cum seq.*

14 Pari ergo ratione licet promittens simpliciter dare cedulam liberetur semel dando, nec teneatur in casu decoctionis eam renouare, tamen vbi, prout in casu nostro, promisit dare cautionem banchariam, duraturam ad sexennium, tenetur prima deficiente aliam subrogare aliàs esset dare cautionem simpliciter, & non banchariam, nec manuteneret qualitatem durationis, quam manutenebat tenetur, *d. l. si venditor cum 39. ff. de action. empti*, Gratian. loco citato, n. 1. aliis allegatis.

15 In gloss. *Irritum, fin.* Vide quæ verbo, *irritum*, tradit Tiraq. in *l. si unquam, verbo, reuertitur, n. 48. ff. de renou. donat.*

De Dolo, & contumacia.

TIT. XIV.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Guillelm. Durand. in *breviario aureo iuris Canon. fol. 53. Petr. de Rauen. in compend. iuris Canon. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 168. Martin. Mesnard. in epitome Decret. fol. 61. Dan. Venator in analyssi method. iuris Pontif. à pag. 219. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anaff. Gernon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Lancel. in instrit. Canon. Canif. in sum. iuris Canon. Cafarel. in erotem eiusdem iuris, Barth. Carthag. in expofit. tit. iur. Canon. Zipa. in analytica pifromi iuris Eccles. enarrat. pag. 131. noniffimè Ioan. Honor. lib. 2. sum. in Decret. omnes sub hoc tit. & vol. 3. reper. in iure Canonico ad secundum Decret. librum, Paul. de Eleazaris.*

De dolo agunt latè Decian. tract. crimin. l. 1. c. 4. Menoch. de præf. l. 5. præf. 5. Molin. de instrit. tract. 2. diff. 293. Cardofin. in praxi iudicium, verb. dolum, Mascard. de probat. concl. 511. & 814. & seq. Card. Tufch. lit. D. concl. 570. cum seq. latè Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 88. & 89. à frangunt crimin. p. 1. lit. D. verbo, dolum, n. 150. cum seq.

De contumacia vide Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 2. sub hoc tit. Bonacof. comm. crimin. p. 1. verbo, contumax. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de contumacia, Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 71. Bernard. Mufcat. in sua praxi aurea Civil. p. 2. gloss. veniens, Bernard. Graue. ad præf. Camera Imper. lib. 1. concl. 60. Menoch. arbit. casu 153. Farin. in praxi crim. q. 18. à n. 18. Sigism. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 3. Mascard. de probat. concl. 449. Camil. Borrel. in summa omnium decif. tit. 46. de contumacia; Card. Tufch. tom. 2. lit. C. concl. 1017. cum seq.

SYMMARIUM.

- 1 Reus qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non multabitur de Canonica aequitate si infra annum cauet stare iuri.
- 2 Iuris dispositione fieri potest, vt is, qui est in possessione eam perdat per lapsum certi temporis, & et acquiritur, cui debet fieri traditio corporalis.
- 3 Canonici iuris aequitas seruanda est de iure Civilis, quando non reperitur lex in contrarium.
- 4 Poena l. si quis in tantum, C. unde vi, non procedit in Ecclesia.

CAP. Ad hæc. I. Alex. III.

REUS, qui spolians sit est absens, & non paret iudici in danda possessione, imò per dolum, & potentiam impedit ingressum ad possessionem, si in fine anni aufert cautionem standi iudicio, est patienter admittendus, & non priuandus, quia in personis & negotiis Ecclesiasticis non requiritur districtio, & rigor iuris cum iustitia non periclitatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Butr. Panorm. Anch. Cujac. Viu. in ration. 2 libri iuris Pontif. pag. 106. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 237. remissimè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. c. 1. & est post Conc. Later. sub Alex. I. l. p. 3. c. 1.

Actorem.

De Dolo, & contumacia, Tit. XIV. 447

² *Actorem multoties mittendum esse in possessionem, &c.]* Notatur ad hoc quod dispositione iuris fieri potest ut is, qui est in possessione, eam perdat per lapsum certi temporis, & ei acquiratur, cui debet fieri traditio corporalis, ut per Tiraq. in tract. de morte, in prefat. declar. 6. num. 12. Anton. Gom. l. 45. Tauri, n. 111. colum. 4.

³ *Rigor, & distinctio iuris non requiritur, &c.]* Et ideo æquitas iuris Canonici seruanda est de iure ciuili, quando non reperitur lex in contrarium, D. Barbof. in l. non potest videri, n. 45. ff. de iudic. nam æquitas præfertur rigori, l. fin. in fine, ff. de offic. Præsid. l. 1. C. de legib. l. placuit, C. de iudic. Con. in reg. possess. p. 1. §. 6. à n. 2. Donel. dom. iuris Ciuilis, lib. 2. c. 2. Fachin. controuers. lib. 1. c. 3. Bernard. reg. 2. 45. incip. æquitas, Hyppol. sing. 685. Mar. Salom. de iustitia, & iure, n. 2. r. Valac. de iure emphyt. g. 5. n. 4. Morla in compario iuris Ciuilis, p. 1. tit. 1. q. 11. Anton. Monach. Lucenfi decif. 68. n. 35. Thom. de Thomaf. reg. 17. De æquitate vide multa per D. Thom. & ibi Caiet. 2. 1. q. 120. art. 1. cum seqq. Afflict. in c. 2. §. 8. ubi autem æquitas, n. 3. cum seqq. de pace iuram. firmanda, lib. 4. fendorum, Iason. in l. si seruus Stichum, §. 1. n. 4. ff. de verb. oblig. Conan. com. lib. 1. c. 11. addit. ad Marant. de ordine iudic. p. 4. n. 111. pag. mibi 160. Tiraq. cessante causa, limit. 1. n. 69. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. n. 93. cum seq. Card. Mantie. de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 1. tit. 9. n. 15.

⁴ *In gloss. Rigor ibi, & C. unde vi, l. si quis in tantam.* Notatur ad hoc quod pena leg. si quis in tantam, C. unde vi, non procedit in Ecclesia, vel alia causa pia, nam si Prælatus incidat in eam, minime nocet Ecclesie, Palat. in reper. rubr. de donation. inter virum, §. 66. n. 22. Tiraq. de pia causa, priuileg. 144. Menoch. remed. 9. recap. n. 118. & conf. 39. n. 2. & 55. Surd. de alimentis, tit. 1. q. 48. n. 72. cum seqq. Molina de iustis. tom. 3. disp. 682. num. 29. quia delictum Prælati Ecclesie non nocet, Palat. d. n. 12. Cardos. in praxi iudicium, verbo, delictum, n. 32.

⁵ *In ead. gloss. ibi, & minorum, iuncta addit. marginali, ibi, de hoc nota in prædicta l. si quis in tantam, in 3. & 7. quæst. ubi tenet gloss. quod adulter hoc casu non restituitur.* Vide Socin. reg. 360. Tiraq. de iure mariti, gloss. 5. n. 155. Azueo. l. 1. n. 1. tit. 1. lib. 4. noua recap. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, aduersarij dolo, n. 62. Molina d. disp. 682. n. 18.

S V M M A R I V M.

- ¹ *Iudex propter contumaciam rei potest rem petitam sequestrare, & ipsam contumacem in expensis condemnare.*
- ² *Cessatio causa impulsua vitiat in omnibus rescriptis.*
- ³ *Mentio de processu coram Ordinario debet fieri in literis ad delegatum.*
- ⁴ *Littere remissionis condemnationum non valent nisi qualibet facti causa exprimat.*
- ⁵ *Maliuia, & dolum nulli patrocinari debet.*

C A P. Ex literis. II.

¹ *Iudex propter contumaciam partis, potest rem petitam sequestrare, & condemnare contumacem in expensis partis.* Item littere Apostolica secundæ si non faciunt mentionem de primis in eadem causa, vel non contineant nomina particularium, qui erant in primis, non præiudicant primis, quia dolo, & fraus nulli debet patrocinari. Colligunt ex Ordinariis, Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr.

Tom. I.

Anan. Panorm. Anch. Hoff. Bald. Butr. Cujac. Viu. in rationali 1. libri iuris Pontif. pag. 107. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 237. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. c. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 41. c. 6.

Verum quoniam, &c.] Notatur ad hoc quod cessatio 2 cause impulsua vitiat in omnibus rescriptis, ut per Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. n. 15.

Notatur etiam ad hoc quod in literis ad delegatum debet fieri mentio de processu coram Ordinario, ut per Palat. in repet. cap. per vestras, de donation. inter virum, not. ab. 4. in princ.

Sed indefinitè dicebatur, &c.] Notatur ad hoc quod 4 littere remissionis condemnationum non valent nisi causa, & qualibet facti causa exprimat, & quod non sufficit mentio generalis inhabilitatis, sed requiritur expressissima, alias rescriptum est subrepticum, ut per Xuar. alleg. 12. n. 35.

Maliuia, & dolum nulli patrocinari debet.] Vide 5 l. dolo, ff. de dolo, l. is qui dolo, ff. de rei vindic. l. si ex dolo, ff. de re iudic. cum similibus citatis per Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 62. Surd. conf. 15. n. 13. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 31. n. 155. Bellec. disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 2. n. 5. cum aliis per me citatis in tract. Axiom. iuris vsusseq. Axiom. 92. num. 5.

S V M M A R I V M.

- ¹ *Actore contumace testes recipi, & sententia ferri debent, etiam lite non contestata reo instante.*
- ² *Citatio ad domum non potest fieri si sit principalis, vel eius procurator.*
- ³ *Citatio ad domum fieri potest ubi quis se absentat, aus dolo lauit, vel subterfuge personalem monitionem.*
- ⁴ *Lauare presumitur vir, quando abest ab ea domo in qua vxor eius habitat.*
- ⁵ *Marius presumitur habitare in ea domo, in qua habitat eius vxor.*
- ⁶ *Citatio in domicilio procuratoris est facienda eo non reperto, si iam comparuit.*
- ⁷ *Doctores agentes de citatione ad domum, referuntur.*
- ⁸ *Contumacia actoris maior est, quam rei.*

C A P. Causam, quæ. III.

Reus si est contumax, id est, si citatus non parer, vel non vult parere iudicio, vel se absente si pars instet, iudex vocet procuratorem eius: si non venit, mittat denuntiationes ad domum eius, & accipiat testes alterius partis contra actorem absentem, & proferat sententiam. Colligunt ex Ordinariis, Abb. antiq. Zabab. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormitan. Hostienf. Henric. Butr. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag. 108. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 237. remissuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Procurator eius.] Ergo si sit ipse, vel procurator 2 non potest ad domum citari, ut per Tiraq. de retractu lig. §. 9. gloss. 2. n. 44. & gloss. 3. n. 7. cum seqq. Marant. de ordine iudic. p. 6. c. de cit. membr. 1. n. 124. Marian. de cit. art. 7. Vant. de nullit. tit. ex defectu citationis, n. 83. 84. & 90. Perez l. 4. vers. esset tamen reus, tit. 8. lib. 3. Ordin. Gutier. pract. lib. 1. q. 133. à n. 2. Azueo. l. 3. à num. 32. tit. 10. lib. 4. noua recap.

Pp 2

³ Aut etiam se absentauerit. Notatur ad hoc quod citatio ad domum fieri potest ubi quis se absentat, aut dolo latitat, vel subterfugit personalem monitionem, vide Bart. in l. 1. §. permissum, à n. 3. ff. de liberis agnosc. Menoch. remed. §. recap. n. 115. Cou. in cap. alma mater, p. 1. §. 9. c. 4. Tiraq. d. §. 9. gloss. 4. n. 7. ubi etiam resoluit presumi latitare quando abest ab ea domo, in qua vxor habitat, nam presumitur maritus habitare in ea domo, in qua habitat eius vxor, Tiraq. d. §. 9. gloss. 1. n. 7. quem refert, & sequitur Menoch. de pres. lib. 2. pref. 27. n. 1. in qua vxoris domo citandus conqueri debet ad hoc ut non repertus ad domum possit citari, ut tenet Gutier. d. q. 131. n. 6. & nuntio cui mandauerit iudex expresse ut reum personaliter citaret, & si non inueniret, citaret enim ad domum, creditur quod perquisierit ipsum reum, & quod eum non inueniret, & ob id ad domum citauerit, ita Tiraq. de retract. lig. §. 8. gloss. 9. n. 10. Marant. d. loco, n. 127. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de citat. art. 2. gloss. 3. n. 27. quos refert, & sequitur Menoch. de pres. lib. 1. pref. 16. n. 1.

⁶ Qui si venerit, siue non, &c.] Aduerte quod procurator non reperto fiet citatio in domicilio procuratoris de consuetudine, in domicilio tamen partis facienda erit, quando procurator nunquam comparuisset, nec dominus litis effectus fuisset, ita Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 6. n. 9.

⁷ Ad domum, &c.] De citatione ad domum agunt Tiraq. d. §. 9. gloss. 2. n. 1. cum seqq. Marant. d. memb. 1. à n. 124. Boner. sing. 9. à n. 13. Bellacomb. tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 19. n. 101. pag. mibi 281. Parlad. lib. 2. verum quorid. §. 9. p. 5. n. 8. Menoch. de pres. 26. Cur. Philip. p. 1. §. 12. n. 8. Steph. Gratian. discept. forens. c. 60. num. 5. & 6. Ignat. de Villar. in sylua responsorum, lib. 1. resp. 3. n. 3. & 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. in annot. n. 119. Amat. Roder. in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 4. n. 27.

⁸ In gloss. Ad domum, ibi, amici sunt requirendi. Vide Tiraq. de retractu lig. §. 2. gloss. 1. n. 14. & 15. & de penis temper. c. 22. n. 70. Cald. Pereira d. q. 6. n. 6. cum seqq. Perez l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. pag. 652. ubi pag. 654. col. 2. vers. item est notandum, firmat hoc non esse necessarium in causa primi, & secundi decreti, & vide quæ Surd. conf. 88. n. 16.

⁹ In ead. gloss. ibi, Ad domum, vel ad Ecclesiam. Vide Perez l. 4. gloss. 1. pag. 636. col. 1. ad finem, tit. 8. l. 3. Ord.

¹⁰ In ead. gloss. ibi, Dicis quod hæc, &c. Notatur ad hoc quod maior est contumacia actoris, quam rei, ut per Tiraq. de retractu lig. §. 8. gloss. 2. n. 12. Valasc. conf. 144. num. 10.

CAP. Provt nobis. IV.

Urbanus III.

¹ Reus post litem contestatam ubi est contumax, si liquet de causa ferri debet sententia diffinitiva, si non liquet, petens ponatur in possessione, & pro absente seruetur questio proprietatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Henric. Host. Bald. Panorm. Anch. Butr. Cujac. Viu. in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 109. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 238. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. c. 4.

² Vel presenti saltem, &c.] Notatur ad hoc quod secundum decretum interponendum est post primum intra tempus à iudice definitum, ut refert Ximen. in presenti p. 2. asserens cap. contingit 9. infra. hoc sit animum

requirere corrigere hunc text. qui est tempore recentior.

In gloss. Vt pote. Notatur ad hoc quod dictio, quasi, aliquando est veritatis expressiva, ut per Cened. sing. 84. n. 2. Menoch. de arbit. cas. 362. n. 28. Card. Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 250. n. 7. cum aliis quos refero ego ipse de distinctionibus, & clausulis, dict. 261. n. 3.

SVM MARI VM.

- 1 Actoris fundata intentione, si altera pars exceptionem peremptoriam obicit, non probat incontinenti, sed accipit inducias, si defecerit in probando, condemnabitur incontinenti in expensis, & si non est soluendo, punietur in corpus secundum arbitrium iudicis.
- 2 Litium introductio criminum occasione, & alia detrimenta prebet.
- 3 Utilitas publica est ut lites finiantur.
- 4 Vilius victori expensas soluere tenetur nisi pars victa sit honesta, & bonæ opinionis.
- 5 Pena pecuniaria licet respectu alterius sit interesse, tamen ob ipsius delinquentis culpam vera pena censetur.
- 6 Vilius non condemnatur in expensis si habuit iustam causam litigandi.
- 7 Litigandi iusta causa que sit in arbitrio iudicis relinquatur.
- 8 Litigandi iustam causam habet, qui pro se opinionem alicuius magni Doctoris habuerit.
- 9 Litigandi iustam causam in dubio non presumitur vitium habuisse.
- 10 Soluendo qui non est alio modo puniatur, quamvis omnia soluat, & unus nummus deficiat.

CAP. Finem litibus. V.

Innoc. III.

Actor quando habet intentionem fundatam, si altera pars obicit exceptionem, & incontinenti non probat, sed accipit inducias, condemnabitur statim ad moderatas expensas, & si non est soluendo, puniri debet arbitrio iudicis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anch. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 110. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 238. & vol. 3. in reper. in iure Canon. ad secundum Decret. librum. Paul. de Eleazaris, remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Ang. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 1.

Finem litibus cupientes imponi, &c.] Cum litium introductio criminum occasione, & alia detrimenta prebeat, quæ videri possunt apud Tiraq. de retractu lig. §. 8. gloss. 7. à n. 20. Rebuff. in proem. concordatæ, verbo, sumptib. pag. 511. & in l. lites nomen 36. ff. de ver. signis Cott. in memorab. verbo, lites, pag. 551. & tom. 1. ad leges Gallie, in proem. gloss. 5. n. 154. ubi refert pulchrè dictum B. Iuonis de detrimentis, & in commodis litigantium, Flam. de resign. benef. lib. 1. q. 1. n. 29. Mont. de iurelis, & curis, c. 33. n. 25. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. n. 1. 2. cum seqq. ita ut dicantur flagella hominum durissima, ex Rebuff. in reg. de subrogandis collig. gloss. 1. ideo utilitas publica est ut lites finiantur, Flamin. d. tract. lib. 3. q. 5. n. 12. & 13. quod lites finiri spectat ad conseruationem congregationis humanæ, vnde qui minuit lites, minuire peccata dicit, Gregor. Lop. per text. ibi in l. 26. tit. 4. part. 3. & vitupe

De Dolo, & contumacia, Tit. XIV. 449

vituperari non debet, qui lites exccratur, Mantic. decif. 187. n. 1. imò satis lucrari, qui se a litibus eximit, asserit Perez ad tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 442. in fine, & l. 1. tit. 3. eod. lib. pag. 115. & est adagium Lusitanum, melior he máo conselho que boa demanda, Hispanum, mas vale mala auersa, que buena sentençia, Latinum, tutior est pax incerta victoria, vt dicit text. in l. ult. C. comminat. epist.

Ad soluendas alteri parti moderatas expensas, &c.]

Vide Hyppol. in l. 1. §. 1. n. 8. ff. de q. & in l. patre, n. 20. cum seq. ff. eod. & sing. 485. & 545. & cons. 44. n. 23. & 27. Cou. pract. c. 26. n. 1. Perez per text. ibi in l. fin. gloss. 1. pag. 760. col. 2. tit. 18. lib. 3. Ordin. Azueved. l. 1. n. 57. tit. 5. lib. 4. noua recop. latè D. Barbof. in l. cum qui temerè, ff. de iudic. Seraph. de priuilegiis. priuileg. 13. cum aliis citatis à parente meo in annot. ad Ordin. Lusit. lib. 3. tit. 67. in princ. n. 1. Tiraq. de penis temper. c. 51. n. 109. & seq. vbi limitat si pars victa sit honesta, & homo bonæ opinionis, qui in expensis etiam succumbat non condemnatur, cum præsumatur iustam litem nouissimè, de quo etiam Palas. in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, notab. 6. §. 7. n. 9. cum seqq.

Alias secundum arbitrium iudicis puniatur.] Aduerte ad hoc quòd licet pœna pecuniaria respectu alterius sit interessè, tamen ob ipsius delinquentis culpam vera pœna censetur cum prætextu inopiæ in corporalem mutatur. Vide Con. var. lib. 2. c. 1. n. 8. Boër. decif. 349. n. 1. in princ. & idèd cum quis condemnatur in expensis propter præsumptam calumniam si non habet in bonis, luet in corpore, D. Barbof. in d. l. cum qui temerè, n. 49.

In gloss. Expressus, ibi, virum habuerit probabilem causam litigandi, vel non. Notatur ad hoc quòd si litigans habuerit iustam causam litigandi, victus non condemnabitur in expensis, vide Grass. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 12. n. 30. pag. 255. Menoch. de arbitr. casu 447. n. 4. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallic. art. 1. gloss. vnic. n. 47. Surd. de aliment. tit. 6. q. 3. n. 27. Guttier. practie. lib. 1. q. 135. n. 5. Farin. in praxi crimin. q. 16. n. 40. & 73. Steph. Gratian. discept. forens. c. 33. Card. Tusch. tom. 1. lit. E. concl. 62. §. 2. n. 7. D. Barbof. in l. cum, qui temerè, d. n. 170. cum multis seqq. nam qualibet probabilis causa excludit calumniam litis, Gregor. decif. 121. n. 5. & decif. 426. n. 8. Buratt. decif. 374. n. 15. & decif. 935. n. 11. Que sit iusta litigandi causa, in arbitrio iudicis relinquitur, Menoch. de arbitr. casu 177. Flam. de re signat. benefic. l. 5. q. 3. n. 109. Farin. q. 16. n. 40. Qui verò habuerit pro se opinionem alicuius magni Doctoris, iustam habuisse litigandi causam resoluunt Menoch. d. casu 177. n. 4. Mex. in rr. iassa panis, concl. 3. n. 6. Rebuff. in aurb. habita, Cne filius pro patre, verbo, examinatione, vers. sextum. pag. mibi 579. Gut. d. l. 1. q. 136. Surd. decif. 58. n. 9. D. Marta in votis nouiss. decif. voto 8. n. 8. & 9. In dubio iustam litigandi causam victum non habuisse, asserunt Menoch. de præf. lib. 2. præsumpt. 87. n. 1. Amat. Roder. in practica de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 5. n. 37.

In ead. gloss. ibi, Præcipue si super hoc iuratum esset. de calumnia. Vide Ceual. commun. contra commun. q. 448. à princ.

In ead. gloss. ibi, Sed in causa appellationis nulla diffinitio. Vide Christoph. de Pace ad leges styli, l. 164. d. n. 2.

In gloss. Et soluendo, ibi, hoc semper regulare est vt qui non est soluendo alio modo puniatur. Vide Boër. decif. 349. num. 8. Afflict. decif. 378. num. 2. Paris. consil. 94. num. 60. Baëc. de inope debitore, cap. 1. à num. 56. Brun. de cessione bonorum, quest. 17. num. 4. & 5. principalis quamvis omnia soluat, & vnus nummus deficiat, Iaf. in l. si quis id quod, n. 28. ff. de iurisd. omnium iudic. & in

Tom. I.

§. pœnales, à num. 42. Instit. de actionib. Tiraquel. de retractu tit. 2. §. 4. gloss. 6. n. 28. & 29. Boër. d. decif. 349. num. 7. vbi num. 4. pulchrè quaerit an teneatur reus si postquam punitus fuit, factus est diues, de quo Rip. in cap. cum M. num. 38. in princ. sup. de consit. Roman. sing. 24.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatus ad totam causam certo termino ad comparandum assignato, tenetur comparere in termino, & dato impedimento in termino, debet comparere quam citius potest post terminum, aliàs condemnabitur in expensis à tempore citationis emisse.
- 2 Appellantiem extra iudicium, & appellationem non prosequentem intra annum præsumitur dolose fecisse.
- 3 Dictio, vsque regulariter stat inclusiue.
- 4 Nuntio creditur in spectantibus ad suum officium, nisi citandus præsumptionibus, & coniecturis ostendat se non fuisse citatum.
- 5 Dies in citatorio apponenda est.
- 6 Terminus in citatorio congruus apponendus est.
- 8 Obligatio vna sublata ex duabus remanet altera.
- 9 Impeditus legitime an compellatur procuratorem ad causam constituere remissiue.
- 10 Roma in astinis diebus nullum sanum commoratur.
- 11 Villus etiam in criminalibus victori condemnatur in expensis.
- 12 Denuntians iudicialiter, & non probans tanquam præsumptus calumniator in expensis est condemnandus.

C A P. Cùm dilecti. VI.

Citatus intra certum terminum qui per se, vel per alium non comparet in illo termino, vel paulo post, si non est legitime impeditus, licet nuntium miserit ad excusandum, habebitur contumax, & condemnabitur in expensis à tempore contumacia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 111. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 238. remissiue Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 2.

Non leuis exorta esset suspicio, &c.] Notatur ad hoc quòd qui appellat extra iudicium, & appellationem non prosequitur intra annum, præsumitur dolose fecisse, vt per Mascard. de probat. concl. 53. n. 95.

Vique ad Dominicam.] Includitur dies Dominica, quia dictio, vsque, regulariter stat inclusiue, vt tenent Octau. Vulpel. in suo irat. de præpos. & adverb. signif. in dict. vsque, Mart. de claus. d. 2. clausul. 77. n. 6. & 7. Burg. conf. 2. §. 2. Steph. Gratian. discept. forens. c. 161. n. 22. Rebuff. ad l. absentem 199. vers. vsque, & vers. regula igitur ff. de verbor. signif. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 12. §. 1. a. n. 2. plures Doctores refero ego ipse in remiss. de dictionib. & clausul. d. 379. n. 1. iunctis, quæ de dict. Ad, refero ibid. dict. 7. n. 4.

Scribebat enim quòd nuntium, &c.] Ergo nuntio creditur in spectantibus ad suum officium, Vide Bart. in l. 1. §. cura carnis, num. 2. ff. de officio Praefecti Urbis, Menoch. de arbitr. casu 112. & de præsumpt. lib. 2. præf. 24. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 21. & 12. Viu. tom. 1. communium opinion. lib. 4. tit. 9. n. 184. p. 497. Mascard. de probat. concl. 189. & concl. 1115. & conclus.

clus. 1124. n. 4. Bernard. Muscatel. in sua praxi aurea ci-
uili, p. 2. glos. intimato, à n. 16. Bobadil. in sua politica
lib. 1. c. 13. n. 44. D. Marta in votis vouiss. de is voto 131.
& etiam extra officium nuntio publico creditur in
rebus modicis, Tirag. in tract. de iudicio in rebus exig.
vers. 91. Quando verò citandus coniecturis, & præ-
sumptionibus ostendit se non fuisse citatum, tunc
nuntio non creditur, Menoch. d. casu 102. n. 11. & de
presumpt. lib. 2. praf. 26. n. vlt. Mascard. concl. 1119. n. 27.
& 28. Bajard. ad Clar. § fin. quæst. 31. num. 64. sic etiam
non creditur nuntio affirmanti citatum respondisse
se non esse venturum, Felin. in cap. Inquisitione, n. 20.
de accusat. Tirag. d. gloss. 9 n. 1. Menoch. de arbit. casu
112. à n. 17. Mench. quæst. vlt. freq. c. 24. n. 10. vers. con-
tra iam, Bobadil. d. c. 13. n. 44.

5 Ad diem sibi statutum, Ergo dies in citatorio appo-
nenda est, Menoch. conf. 150. num. 11. Azueud. l. 4. n. 30.
tit. 18. lib. 4. noua recop. Bredierod. de appellat. p. 2. q. 468.
vers. an citatio sine die, Cenall. commun. contra c. mun.
6 q. 809. Decian. rr. crimin. lib. 4. c. 21. n. 17. Et terminus in
citatione congruus apponendus est, ita vt citatus
congrue, & opportunè ad locum destinatum venire
possit, ex Bart. in l. aut qualiter, n. 2. ff. quod vi, aut clam.
Marant. de ordine iudic. p. 6. vbi de citat. n. 67. Azin. in
praxi, § 2. l. c. 1. num. 6 & 7. Vant. de nullit. sit. ex defectu
citat. n. 67. Cenall. d. q. 809 à n. 23. Camil. Borrel. in sum.
omnium decis. tit. 44. n. 52. cum seqq.

7 Vna voce, Vide Marant. d. p. 6. memb. 1. n. 63. Duen.
reg. 93.

8 Si enim mandatur alicui, &c.] Notatur ad hoc quòd
in duabus obligationibus sublata vna remanet altera,
Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.
3. § 20. n. 6. à vers. sic ergo, &c.

9 Nec sufficientem miserat responsalem.] Impeditur le-
gitimè an compellatur procuratorem ad causam con-
stitueri, vide gloss. in l. interdum 36. ff. de iudic. & in
cap. 1. verbo, absentia, quo tempore miles. vbi Afflict. à
n. 52. Doct. in l. sed et si, § vlt. ff. ex quibus causis maiores,
Bart. in l. 1. vbi gloss. ff. de diuers. & tempor. præscription.
Felin. in cap. accedens, in 2. n. 8. vi lite non contest. Marian.
de citat. art. 4. q. 28. à princ. Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie,
tract. de excusat. à num. 68. Pinel. in auth. nisi, n. 43. vers.
amplia tertio, C. de bonis matern. Cald. Pereira de venenat.
emphy. q. 7. n. 4. gloss. 1. in l. fin. tit. 10. lib. 1. fori, & gloss.
fin. in l. 1. tit. 3. lib. 2. fori, Azueud. l. 2. in fin. tit. 4. lib. 4.
noua recop.

10 In gloss. Calores, in addit. marginali, ibi, maxime quia
sanum non videtur morari Roma. In æstiuis scilicet die-
bus, quibus maximi calores periculosis infirmitati-
bus hic vexant homines, quos ego sentio dummodò
in lecto febricitans de mense Augusti iaceo.

11 In gloss. Expensis, fin. Notatur ad hoc quòd victus
etiam in criminalibus victori condemnatur in ex-
pensis, vt per Conar. praxi c. 27. n. 2. in princ. Hyppol.
in l. patre vel marito, n. 18. ff. de quæst. & in praxi § super-
est, n. 2. D. Barbof. in d. l. cum qui temere, n. 168.

12 Denuntiantem iudicialiter & non probantem tan-
quam præsumptum calumniatorem in expensis esse
condemnandum resolunt Clar. lib. 5. § fin. q. 7. num. 12.
Mascard. de probat. concl. 506. à n. 1. Farin. in praxi crimin.
p. 1. q. 16. n. 1. cum seqq.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia in causa beneficii non transit in rem iudi-
catam respectu superioris quominus possit de iuri-
bus partium inquirere.
- 2 Testis sine iuramento examinatus facit præsumptionem.
- 3 Sententia in causa beneficii lata transit in rem iudi-
catam.

4 Citatio vnica ad totam causam admittitur quando
pars residet in longinquis partibus.

5 Citari nemo potest à iudice extra suum territorium.

CAP. Cùm olim. VII.

Papa in causa beneficii post latam sententiam
potest cognoscere. Item contumax & condem-
natus vt conuincatur, eius malitia debet iterum ex
abundanti citari ad causam defendendam, & si est in-
tra provinciam, & intra tres menses non comparet, si
verò extra, intra annum, postea confirmetur prima
sententia, & interim in illo anno idem fiat admini-
strator. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.
Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Inola, Anania, Panorm.
Anchar. Host. Bald. Butr. Henric. Boich, Cuiac. Viuian.
in ration. secundi libri iuris Pontifici, pag. 111. Alagona
in compendio iuris Canon. pag. 238. remissuè Casal. in
annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant.
Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 7. cap. 3.

Quam ex assertionem Regis, &c.] Notatur ad hoc
quòd testis sine iuramento examinatus facit præ-
sumptionem, vt per Abb. hic not. 3. quem refert Hyp-
pol. de Marfilis sing. 198. n. 1. in fine, & Rota decis. 34.
n. 3. apud Farin. p. 1. recent. censuit testes non iuratos
probare coram iudice habente potestatem informan-
di se extrajudicialiter.

Notatur etiam ad hoc quòd sententia in causa be-
neficii lata in rem iudicatam transit, vt per Socin.
reg. 449.

Legitimè citatis ad causam, &c.] Notatur ad hoc
quòd quando pars residet in longinquis partibus,
vnica citatio ad totam causam admittitur, vt per
D. Barbof. in l. peremptorium, n. 183. ff. de iudic.

In gloss. In Hybernias, ibi, arg. citationes extra Provin-
ciam non esse faciendas. Aduerte citari quem minimè
posse à iudice extra suum territorium, l. fin. ff. de iu-
risd. omnium iud. Clem. pastoralis, de re iudic. Rebuff.
tom. 2. ad leges Gallie, tit. de citat. art. 1. gloss. 1. num. 2.
Baptista Costa de remediis subsid. remedi. 16. à num. 7.
Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 44. de citati-
o à num. 62.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia depositionis & excommunicationis ferri po-
test in absentem contumacem, & testes contra il-
lum recipi valent.
- 2 Rector dilapidator beneficii, contumax, & absens po-
test priuari beneficio.
- 3 Homicida non perdit ipso iure beneficium antea acqui-
situm, donec per sententiam eo priuetur.
- 4 Depositi, & degradati priuant eisdem rebus, quibus
suspensio, sed aliter, nimirum absque spe restitutio-
nis in pristinum statum.
- 5 Excommunicatus priuatur etiam administratione re-
rum temporalium Ecclesie.
- 6 Clericus licet veniat priuandus beneficio propter de-
lictum ante realem sententiam priuationis poterit
beneficium reintegrari.
- 7 Mora periculosa est.
- 8 Procurator in criminalibus non interuenit si agatur
directè.

CAP. Veritatis. VIII.

Contumax si est absens ex malitia, possunt recipi testes potestque ille excommunicari, deponi, & priuari officio Pontificali vel sacerdotali, & quacun- que facta post has sententias irritantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostien. Panorm. Bald. Butr. Henric. Cujac. Viuian. in rationali secundis libri iuris Pontificij, pag. 112. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 239. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 4. c. 1.

2 Non solum dilapidando, &c.] Notatur ad hoc quòd Receptor dilapidator beneficij, contumax, & absens potest priuari beneficio, vt per Marc. Ant. Genuenf. in pract. Eccles. q. 208. in fine, vbi etiam dicit in hoc text. processum fuisse ad definitiuam lite non contestata contra Prælaturam dilapidatorem ob fauorem Ecclesiæ, in cuius bonorum dilapidatione publica commoda periclitantur.

3 Tullius sententiam perpetua dispositionis.] Ergo homicida non perdit ipso iure beneficium antea acqui- situm donec per sententiam eo priuetur, vide Flamin. de resignat. lib. 3. q. 16. n. 4. Azor. inst. moral. part. 2. lib. 7. c. 17. q. 2. effectus 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 150. Fatinae. in praxi crimin. q. 119. n. 63. plures quos refert, & sequitur Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 10 n. 48.

4 Sine spe restitutionis, &c.] Aduerte dispositionem, & degradationem priuari eidem rebus, quibus sus- pensionem, sed aliter, nimirum absque spe restitu- tionis in pristinum statum, vsuque eorundem bo- norum, vt per Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 50.

5 Nihilominus in irritum reuocantur, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatus priuatur etiam admini- stratione rerum temporalium Ecclesiæ, vt per Abb. in cap. pastoralis, §. verum, n. 18. de appell. vbi Franch. n. 17. & Dec. n. 22. Nauar. in man. c. 27. n. 22. vers. 10. Ni- col. Garc. de benef. p. 2. c. 13. n. 115. plures alios refert Ant. Ricc. de iure personarum, lib. 4. c. 4 n. 9.

6 Post inhibitionem.] Ergo si ante inhibitionem ali- qua faceret, valeret, faciunt quæ Tiraquel. in l. si unquam, C. de reuocand. donat. verbo, reuertatur, n. 366. Et sic licet clericus veniat priuandus beneficio pro- pter delictum, ante realem sententiam priuationis poterit beneficium resignare, Perez l. 23. gloss. 1. pag. 177. colum. 2. in princ. tit. 19. lib. 8. Ordin. nam so- lummodo priuati ipso iure beneficia in fauorem ali- cuius etiam ante declaratoriam sententiam resignare non possunt, Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. q. 1. n. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. à n. 146. quos ego ipse refero de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 57. num. 456.

7 In gloss. Probatur, ibi, & hoc ideo est, quia periculosa est mora. Vide larè Anton. Gom. l. 76. Tauri, n. 2. & seqq. & num. 9.

8 In gloss. Defendendo, ibi, quia in criminalibus non in- teruenit procurator si agatur directè. Vide Boff. in praxi crimin. tit. an in criminalibus iudicijs quis pro absente in- teruenire possit, Anton. Gom. var. tom. 6. c. 1. n. 12. Clar. §. fin. q. 32. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 80. Brunor. à Sole in locis comm. verbo, procurator, n. 2. & 4. Parlad. rerum quo- tid. lib. 1. c. 20. n. 3. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1035. Perez l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 532. Mench. vsufreq. c. 39. n. 24. Cenall. q. 237. n. 1. & 2. Farin. in praxi

SUMMARIUM.

- 1 Actor non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei seruanda, vel ab ea expulsus per lapsum anni verus efficitur possessor.
- 2 Possessio vera an per actum fictum absque aliqua ap- prehensione acquiri possit, remissive.
- 3 Excommunicatus per annum, & ultra pro causa merè ciuili non priuatur beneficio.

CAP. Contingit. IX.

Actor quando ex decreto iudicis debet poni in possessione rei custodiendæ, & propter dolum, vel potentiam rei non admittitur, vel amissus reiici- tur, transacto anno efficitur verus possessor, ne con- tumax sit melioris conditionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Anch. Cujac. Viuian. in ration. secundis libri iuris Pontif. pag. 113. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 239. remissive Calal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 4. c. 2 & est post Conc. Later. sub Innoc. I. l. c. 40.

Verus constituitur claspso anno possessor.] Notatur ad hoc quòd per actum fictum absque aliqua apprehen- sione vera acquiri potest possessio, quæ in effectu è ciuili, & naturali possessione nihil differat, de quo vide Couar. lib. 3. var. c. 5. n. 6. vers. sic & interdicto, vbi ad hoc eleganter dicit hunc text. Anton. Gom. l. 45. Tauri, n. 64 & n. 111 col. 4. Tiraq. in tract. le mort, p. 5. declar. 1. n. 4. §. 6. & de const. p. 3. limit. 17. n. 7. 8. & 10. Anton. Gabr. lib. 5. comm. tit. de acquir. possess. concl. 9. n. 6. Menoch. remed. 1. recap. n. 404. Molina de primog. lib. 3. c. 12. n. 19. Auend. ad l. 45. Tauri, gloss. 5. n. 2. Azé- ned. l. 1. n. 58. tit. 1. lib. 4. noua recap. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de maternis possessorijs, in prelat. à n. 38. Per- sonal. in tract. quorum bonorum, n. 5; Matienl. 8. gloss. 2. n. 13. tit. 7. lib. 5. noua recap. Anton. Fab. aduersus errores pragmat. decade 73. err. 1 ad med. Peregrin. lib. 4. var. n. 48. in fine, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. in proam. §. 3. num. 87. Card. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 12. tit. 10. num. 3.

In gloss. Non potest, ibi, & dicit Ioan. quòd si per an- num steterit in excommunicatione, perdit possessionem, &c. Notatur ad hoc quòd persistens in excommunica- tione per annum, vel ultra, si sit laa pro causa merè ciuili, non priuatur beneficijs ipso iure, nec potest priuari per sententiam, Butr. hic n. 10 & Panorm. n. 7. & in c. 1. n. 27. vers. tene tamen menti, de iudic. vbi Ripa n. 77. vers. reuocata igitur, Rebuff. in cap. postulasti, ante n. 243 de clerico excom. Palat. in reper. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 18. n. 24 Roman. sing. 307. incip. de hoc heri, Duen. reg. 153. ampliat. 4. Viuian. tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 12. n. 22. vers. & aduerte, pag. 197. Couar. in cap. alma mater, p. 1. §. 7. n. 10. Farin. fragm. crimin. p. 1. lit. C. n. 285. cum seqq. Seraph. decis. 1285. in fine, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. in princ. n. 103. cum seqq. Steph. Gratian. discept. forens. c. 119. n. 3. Anton. Ricc. in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4. c. 7. n. 14. quicquid contrarium teneant Codech. in reper. d. c. 1. de iudic. n. 172. Menoch. de arbit. casu 416. n. 52. & 53. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 116. num. 9. vers. tertia assertio, & num. 13. vers. quæ quidem assertio.

⁴ In gloss. Constituitur, ibi, ad hoc dicas quod in realibus actionibus non habet locum secundum decretum, nec est necesse. Sequitur Perez lib. 1. gloss. 1. vers. quaro 27. tit. 9. lib. 3. Ordin. pag. 656.

⁵ In ead. gloss. ibi, Sed nunquid idem iuris est in spiritualibus causis. Vide Perez d. l. 1. vers. quaro 24. pag. 655. col. 1. n. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus si non inuenitur, sufficit publice citationem ad Ecclesiam suam proponi.
- 3 Incerti per edictum citantur, si nesciatur locus ubi sint, quamvis sciatur Provincia.
- 4 Vlyssipo cum maximum totius Orbis emporium, & ciuitas adeo ampla sit, homines in ea commorantes citantur per edictum si nesciatur platea ubi habitant.
- 5 Doctores referuntur de citatione per edictum agentes.

CAP. Venerabilis. X. & fin.

Gregor. IX.

¹ Citandus si non inuenitur, citatio potest figi in valuis Ecclesiarum suarum, & valebit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Boich. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 113. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 239. remissive Ximen. in concord. p. 1 & 2.

² Volentes finem imponi litibus. Vide dicta ad cap. finem litibus, in print. hoc cod. tit.

³ Et si non poteris inuenire, faciant ut citationis edictum, &c. Notatur ad hoc quod incerti per edictum citantur, ut per Marant. de ordine iudic. p. 6. tit. de citat. memb. 1. n. 82. & 89. Bellacomb. tom. 2. comm. opin. lib. 8. tit. 14. n. 1. Menoch. remed. 8. recap. n. 113. Sord. decis. 5. n. 8. & conf. 173. n. 9. & conf. 181. n. 32. Cenal. commun. contra comm. q. 369. d. n. 31. Greg. l. 1. tit. 7. p. 3. Azeued. l. fin. n. 97. cum segg. tit. 2. lib. 4. noue recop. Guttier. pract. lib. 1. q. 13. n. 2. Steph. Grat. discept. forens. c. 164. n. 9. D. Barbol. in l. ad peregrinorum, n. 120. cum segg. ff. de iudic. quod locum habet, si nesciatur locus ubi sit, Vant. de nullis tit. ex defectu citationis, d. n. 118. Menoch. remed. 8. recap. d. n. 101. & conf. 100. n. 95. cum segg. Gam. Lusit. decis. 237. Valasc. de parit. c. 7. d. n. 13. Camil. Borrell. in sum. omnium decis. tit. 4. de citat. n. 8. etiam si sciatur Provincia, locus vero in ea minimè, teste Melch. Phœbo Lusit. decisionum, tom. Aresto 69. Illud tamen addendum duxi Vlyssiponensem ciuitatem adeo esse amplam, hominesque in ea ita ignotos, propter varia hominum genera, cum habeat septuaginta millia focaria, ut absens licet pro certo habeatur in ea commorari, si tamen platea nesciatur, cum ea tanquam Provincia esse videatur, & quo in loco illius sit prorsus ignoretur, tunc per edictum sit citandus, ita iudicauit Senatus Portugalensis de anno 1596. ut refert parens meus in annot. ad Ord. Regias Lusit. lib. 3. tit. 1. §. 8. num. 7.

⁵ De citatione per edictum vide ad satietatem post Marant. Vant. Menoch. Cenal. dictis locis, Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, in prefat. d. n. 94. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 117. Cardos. in praxi iudicium, verbo, citatio, n. 18. Soar. de Pace in pract. p. 1. tom. 1. temp. 3. an. 20. Cabed. p. 1. Aresto 58. Camil. Borrel. de tit. 44. d. n. 77.

⁶ In gloss. Ecclesiam, fin. ibi, nunquid tenebitur saltem

ad expensas? Vide Hypopol. in l. de vnoquoque, n. 121. ff. de re iudic. Tiraq. de retractu lig. 8. §. 15. gloss. 2. n. 9. cum segg. Perez in rubr. tit. 1. gloss. 1. pag. 446. lib. 3. Ordin.

In gloss. Sufficiens, ibi, sufficiens instruitur dicitur, qui ad agendum, defendendum, & respondendum constitutus est legitime. Vide Azeued. l. 2. n. 44. tit. 7. lib. 4. noue recopil.



De eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruanda.

TIT. XV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Stephan. Ranchin. in continuat. titulum Decret. fol. 61. verso, Dan. Venator in analysi meobodica iuris Pontificij, d. pag. 224. Goffred. & Host. in summa huius tit. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titul. iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia tituli vide apud Castellanos l. 1. tit. 8. p. 3. Neguzant. de pignoris. p. 3. à princ. Perez l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. pag. 649. Rebuff. in praxi tit. de missione in possessionem, Guttier. pract. lib. 2. q. 22. n. 12. Galgancet. de iure publico, lib. 2. tit. 54. de missione in possessionem causa rei seruanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni veram, & incommutabilem illius rei possessionem acquirit, licet passus missionem habuerit infra annum voluntatem cautionem praestandi, tamen non deduxit ad effectum, suo defectu.
- 2 Missus in possessionem ex primo decreto actione reali intra annum non efficitur verus possessor, sed tantum custos.
- 4 Declaratur text in presenti.
- 5 Voluntas recta animo nihil prodest.
- 6 Voluntas facta magis, quam verbo declaratur.
- 7 Voluntatem qui explet lucrari dicitur.

CAP. Constitutis. I. Alex. III.

Missus ex primo decreto in possessionem causa rei seruanda, si pars contraria, licet hoc velit facere, tamen intra annum sua culpa non praestat cautionem; acquirit possessionem incommutabilem illius rei, salvo iure partis pro proprietate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Panorm. Bald. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iur. Pontif. pag. 117. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 242. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 11. Decret. lib. 2. tit. 1. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 3. c. 4.

Quod licet causa rei seruanda. Notatur ad hoc quod missus in possessionem ex primo decreto actio-